



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmae Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

De modo amandi Deum. Cap. V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46132)

Libenter Dei amor nostrū quē prāuenit subsequitur. Nam q̄ modo reamare pigebit, quos amauit necdum amantes? Quod primum est temporalium contemptus. Matt. 19. Si vis perfectus esse, &c. Gl. interli. In dilectionē Dei. Senec. Nemo dignus Deo qui opes non contēpserit. Temporalia amata inquinant. Item verbū Ber. Ideo anima temporalia amata quasi inquinata, indigna est Dei amore. Aug. in lib. Soliloquiorum. Si alicuius peccatae fœminā amore flagraret, iure se tibi nō daret si alius alicuiquam prater se amari comperisset. Sic qui in bonis cōtempnibilibus amorem suum ponit, Dei amore est indignus.

De modo amandi Deum.

C A P. V.

Equitur de modo amandi Deum. Modus autem diligendi Deum, est sine modo diligere: vt ait Bern. in lib. de diligendo Deo. Idem ad fratres de monte Dei: In dilectione Dei non ratio, non alia discretio est, nisi vt sicut ille cū dilexisset nos, finem dilexit nos: sic si fieri potest, nos in infinitum diligamus eum. Sicut beatus vir qui in mandatis eius cupit nimis. Sed nullum finē vel terminū habere debeat deuotio amantis: tam terminos suos & fines & regulas habere debet actio operantis. Idem etiā ostendit modum amandi Deū esse, vt amemus quantum possumus, dicens ira: Deus meus, adiutor meus, digne te pro dono tuo, & modo meo, minus quidē iusto, sed potest non miuus posse meo: qui etiā quantum debco non possumus, possum tamen ultra quam possum. Potero verō plus, cū tu donare dignaueris: nunquam tamē prout dignus haberis. Quod etiam amandi Deum ostenditur Deut. 6. his verbis: Dilige dominū deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Itē Matt. 22. Diliges dominū Deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & in tota mente tua. Verba Deut. videntur pertinere ad illas tres vires animæ, quæ sunt intellectus, vis concupiscibilis & irascibilis. Fortitudo enim in tertio loco ponitur, ad irascibile pertinet. Verba verō Matt. videntur pertinere ad illas tres vires animæ, quæ sunt intellectus, voluntas, & memoria. Vnde mēs cuius est memorari, tertio loco ponitur. Lucas vero 10. vtrūq; viderur tāgere, dicens, Dilige dominū Deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua. Et accipias hoc quod dicitur, ex omnibus viribus tuis: & per hoc quod dicitur in Deut. ex tota fortitudine tua. Et notādū, quod secundū Gregor. ista verba, Ex toto corde tuo, &c. ad inculcationē ponuntur. eūdem Aug. totalitas ista aliter accipienda est prout compe-

statui patriæ: aliter prout competit statui vitæ. Secundum, quod competit statui patriæ attenditur in hoc totalitas ista, quod omnes morus animæ ad Deum referatur: & sic non impletur in vita præceptum illud: nisi forsitan ad tempus breue à viris perfectissimis. Tamen secundum Aug. ideo præcipitur: quia non recte curritur, si quod currèdum est, nesciatur. Quomodo autem sciretur si nullis præceptis ostenderetur? Et in præcepto affirmatiuo potuit præcipi, quod non potest in vita impleri: quia præcepto affirmatiuo non obligatur quod ut illud impleat semper: sed ut impleat illud loco & tempore. Nullum verò præceptum negatiuum potuit esse simile huic. Illud enim obligat ut semper impleatur: & ideo necessarium hominem faceret transgressorem. Ber. Mandata impossibilia non fecerunt transgressores homines, sed humiles. Secundum verò, quod competit statui vitæ, totalitas ista in hoc attenditur, quod nullus morus sit in anima amoris Dei contrarius, nec aliquid præter Deum propter se ametur. Ad primum pertinet illa expositio Aug. Toto corde, id est, intellectu, sine errore: tota anima, id est, voluntate, sine contradictione: tota mente, id est, memoria, sine oblivione. Ad secundum pertinet quod dicit August. in lib. 3. de doctrina Christiana, cum ait, Toto corde, tota anima, tota mente: nullam vitæ nostræ partem relinquit quæ vacare debeat, & quasi locum dare & alia se velit frui: sed quicquid aliud diligendum venerit in animum, illuc rapiatur, quod totum dilectionis imperium currit. Frui, est amore inherere alicui rei propter seipsum: ut ait Aug. Idem Aug. in lib. Soliloquiorum: Ego non puto ullarum rerum vocandam cupiditatem quæ propter aliud requiritur. Idem in eodem: Jam certe ostendisti nihil aliud me amare quam sapientiam. Si quidem quod non propter se amatur, non amatur. Ego autem sola propter se amo sapientiam, cætera verò adesse mihi volo, vel deesse timeo propter ipsam. Loquitur de sapientia inærecta. Contra totalitatem huius perfectionem amoris diuini, solus ille amor est, quo amatur aliquid præter Deum, non propter Deum. Aug. 10. lib. Confessionum: Domine, minus te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. Modus ergo amandi Deum est, ut ipse ametur super omnia, & propter se. Secundum Ber. verò sic exponitur verbum prius positum, Diliges &c. toto corde, id est, sapienter: tota anima, id est, dulciter: tota virtute, id est, fortiter vel perseveranter. Idem. Disce Christiane à Christo, quemadmodum diligas Christum. Disce amare dulciter, prudenter, fortiter: dulciter, ne illecti: prudenter, ne decepti: fortiter, ne oppressi ab amore domini auertamur. Idem, Non abduci blanditiis, ne seduci

fallaciis, nec iniuriis frangi: toto corde, tota anima, tota virtute diligere est. Idem exponens quid sit amare dulciter, sapienter, & fortiter: Dulciter, inquit, amat, qui Christo passo concipitur, compungitur & mouetur. Sapienter amat, qui ab ecclesiastici sensus puritate nulla deuiat verisimilitudine, & qui dilectionis metā nulla superstitiūne, vel leuitate, vel spiritus feracioris vehementia deserit. Amor foris est, quū nec vlla vi laborum, vel tormentorum, vel etiā metu mortis iustitia deseritur. Item toto corde Deū diligit, qui gloriam in solo Deo querit. Corde enim magnanimitas pertinet ad vim irascibilem intelligitur. Anima verò potest referri ad concupiscibilem, cuius est velle. Mens verò cuius est meditari ad rationalem. Totis ergo his tribus viribus aliquis Deū amat, quū vis rationalis à solo Deo desiderat, & ab eo solo se posse sapientem fieri credit. Quum vis concupiscibilis reputat Deum gaudium suū, & in illo solo gaudere querit, & quū vis irascibilis in illo solo gloriam desiderat, aliam gloriam cōtemnens. Item notandū, quod toto corde siue intellectu Deū amat, qui intellectum suum in obsequium Christi captiuat, & qui studium suum Christo dat, & visionē Dei toto desiderio anhelat. De primo legitur 2. ad Cor. 10. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. Et notandum, quod quadruplex debet esse captiuitas intellectus nostri. Prima vt in his que sunt fidei, Deo obediāmus. Hilarius: Soli Deo de se credendū, est, qui se solus vult. Secūda, vt male de nobis, & bene de proximo sentiamus. nec. Quod homines, libenter faciunt de aliis, de te apud te existima. Tertia, vt sensum superioris nostri, sensui nostro preferamus, quod maximè faciendum est in religione. Ber. Lapsus in paradiso scientiæ boni & mali, celsura discretionis est in conuersatione religionis penes patrem spiritualem, qui discernit omnia, ipse à nemine iudicatur, ipse est discernere, aliorum non dicere. Quarta, vt circa nosmetipsos intendentes, ab aliis oculis auertamus. Ber. Temeripsum sollicitè custodi: & vt temeripsum custodias, ab omnibus oculis auerte. Christo studiū suum datur qui ea quibus adiuuamur in Deū ab eis quibus impedimur, sapienter secernit, quod est prudentiæ: vt dicit Aug. Itē qui doctrinam Christi nesciente fastidit. Ber. Si disputes, aut cōferas, nō loquar mihi nisi sonnerit ibi Iesus. Itē qui in creaturis Deū intelligit. Aug. Vt illis qui diligunt nutus tuos pro te. Nutus tui sunt ornamenta creaturarū decus. Tota animā, siue tota voluntate amat, qui perfecte obedit, quē nec timor mali transitorij exterrēt, nec amor

boni transitorij Deū diligunt, & cogitant. Item animam de alio quere fatuē a Bernar. sup. aliud non. Prou. 23. P. mini erit in te. Ex h. mirum si in implere. Quum, & la. tur, non pr. vuntur m. mundo, vt. ferre ad ob. vt. Quom. meliosus. quod enim. quali amor. pauperatur. ber amato. der tempor. spoliabunt. nimus. Can. esse. Poeta: edificite se. Audacem fa. no caprus a. dura pro ce. spectu cōcil. rumellā par. tillæ desider. es. Esa. 26. A. ma mea ad. amans fertu.

boni transitorij ab obedientia retrahit. Tota mente, seu memoria Deū diligit, qui ea quę Deo displicent, & ab amore eius impediunt, obliuioni tradit, vt sunt iniuria nobis illata, quę dum recogitantur, sunt quasi ferrum in vulnere, quod vulneris sanationem impedit. Itē qui ea quę ad honorē Dei pertinet & salutem animarum memoria infigit, & quem magnus amor Dei de alio quā de Deo diu cogitare non finit: sicut solet accidere fatuē amantibus, qui non possunt obliuisci id quod amant. Bernar. super Cant. O amor impetuose, qui prater te cogitare aliud non sinis. Deus vult habere amorē cordis nostri integrū. Prou. 27. Præbe fili mi cor tuū mihi. Leuit. 3. Omnis adeps domini erit iure perpetuo. Augu. in sermone: Totum exigit te qui fecit te. Sed noli tristis esse, quasi nihil vnde gaudeas remaneat in te. Ex hoc enim diligit te, q̄ diligis Deum ex toto corde. Nemo mirum si Deus velit habere cor integrum, quum sufficiat illud implere. ¶ Et notandum, quod amor Dei debet esse rectus, strenuus, & lætus, desiderijs plenus. Rectus, vt Deus propter se ametur, non propter temporalia. Aug. 15. lib. de Ciui. Dei: Boni ad hoc vtuntur mūdo, vt fruatur Deo. Mali autem contrā, vt fruatur mūdo, vt volūt Deo. Aug. Vt est id quod in vsum venerit, referre ad obtinendum illud quo fruendum est: aliās abuti est nō vt. ¶ Amor quo aliquis amat Deum propter temporalia, contumeliosus est Deo. ¶ Temporalia enim præfert ei. Propter quod enim vnumquodque amatur, illud magis amatur. Itē est quasi amor meretricius. Meretrix enim amatorem suum de pauperatum abiicit. Hieremia 3. Quomodo si contemnat mulier amatorem suum, sic contempsit me domus Israël. Hoc accidet tempore antichristi, quando Christus erit quasi pauper: spoliabuntur enim qui ei adhærebunt. Amor talis etiam est caninus. Canis enim os nudatum carne deserens, strenuus debet esse. Poëta: Amor odit inertes. Item militiæ species amor est, discedite segnes: Non sunt hæc timidis signa ferenda viris. Itē: Audacem faciebat amor. Item: Nil certe est quod non esset: no caprus amore Ausit. Lætus etiam debet esse, dum tolerat dura pro eo quem amat. Act. 5. Ibant Apostoli gaudentes à cōspectu cōcilij: quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliā pati, desiderijs plenis: quum enim maior ignis sit, scintillæ desideriorum ex ipso emicant. Daniel. 9. Vir desideriorum es. Esa. 26. Anima mea desiderabit te in nocte. David: Sicut anima mea ad Deum fontem viuum. Bernar. super Cant. Anima amans fertur votis, trahitur desiderijs. Item amor facundus est:

Poëta: Faciendum faciebat amor. Philosophus: Verborum abundantiam transmittit affectio. Amans sui ipsius obliuiscitur. Augustinus de verbis domini: Oblita est anima seipsam, sed amando mundum. Nunc obliuiscatur se, sed amando arrificem. Item amans dolores corporis non sentit. Bernardus: Non enim si exul à corpore dolores non sentiat corporis: neque facit stupor, sed amor. Submittitur enim sensus, non amittitur nec deest dolor, sed contemnitur. Item amor dignitatis est sciens. Bernard. in lib. de consideratione: Amor dominum non agnoscit mater filium & in insulis. Idem super Cantic. ma amans maiestati oculos claudit, aperit voluptari. Idem quens de anima ardentem amate: Proprio inebriatur amore maiestatem non cogitet. Qui enim respicit terram, & facit tremere, & ista se ab eo postulat osculari, ebriane est: Ebrius sus. Amor etiam omnia vincit. Bernardus super Cant. Prae amor nec iudicium prestolatur, nec consilio temperatur, pudore fratur, nec rationi subiicitur. Item: Quid violentus triumphat de Deo? Amor. Quid tamen tam non violentus quod amor? Quae ista vis, quae so, tam violenta in victoriam tanta est violentiam? Bernard. super Cantic. Magna est & violenta vis charitatis, ipsum effectum Dei attingens & penetrans, velut sagitta iecur eius transfigens. Cant. 4. Vulnerasti cor meum sponfa.

De diuersis speciebus diuini amoris.

CAP. VI.

Notandum quod quadruplex est amor Dei. Primus est naturalis quo amore omnes amant Deum & boni & mali. Augustinus in libro loquiorum: Deus, quem amat omne quod amare potest, sine sententia siue nesciens. Secundus est amor quo aliquis amat Deum, eo quod agnoscit eum sibi necessarium. In Ps. Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentum meum, & refugium meum &c. Tertius est amor quo aliquis Deum amat propter delicias quae in eo sunt. psal. 8. Et amator factus sum formae illius. Quartus est amor caritatis quo aliquis amat Deum, eo quod dignissimus sit amari. qui amor est pure gratuitus. Bernard. super Cant. Amat eum qui ipsum quem amat querit, non aliud quicquam ipsius. Item per Cantic. Amor per se sufficit: is per se placet & propter se ipse meritum, ipse praemium est sibi. Tres ultimas species amoris videtur tangere Bernard. in lib. de diligendo Deum verbis: Natura ita condita fuit, ut habeat iugiter necessarium protectorem quem habuit, & conditorem, ut quae non ipsum non valuit esse, sine ipso nec valeat subsistere: quod